



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Hic concionatur magno nomine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

mos, & acerrimos. Ut primum diuina illa tuba è *Hic concio-*
 sacro tribunali personuit, gestire boni; multitu- *natur magno*
nomine.
 do simplicior commoueri, vocesq; audiri, si no-
 uis ille Prædicator ita pergeret, vt cœpisset, actū
 esse de Lutherana re Ratisbonæ. Nimirum tanto *Et pari odio*
 Hæreticorum pessimi quique efferari vehemen- *Hæreticorū.*
 tius: nec modò probris, & contumeliis lacerare fa-
 mam inuicti præconis, sed etiam turpissima fla-
 gitia sanctissimo viro apud vulgus affingere: & in
 apertam fortasse vim erupissent: vel certe, quod
 olim in Claudium Iaium ausi erant, expulissentè
 ciuitate, nisi Procerum Catholicorum, qui ad
 Comitia iam conuenerant, coercuisset autoritas:
 qui effecere apud Romanorum Regem, & Baua-
 riæ Ducem per se propensos, ut non modo abi-
 re ipsum prohiberent, sed aduersus illas pestes per
 omne comitiorum tempus vibrare gladium spi-
 ritus, quod est verbum Dei, iuberent. Sed enim
 pium certamē interrupta inuitabilis necessitas.
 Nuntius perfertur beatum societatis Parentem *Propter mor-*
 Ignatium mortalem vitam cum immortalitate *tem B. Ignatij primam*
 mutasse: & ipsum Canisium cum Prouinciaæ suæ *quasi Con-*
gregacionem *habet.*
 lectis Professis primo quoq; tempore ad nouum
 subrogandum Præpositum Romam acciri. Visa

P 3 est